Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8182
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Quintum ⁊ i. Reg. vbi dic. Samuel. Loquimini de me coram dño ⁊ xpo eius. Si de manu cuiq; munus accepi.

Sextum ⁊ ii. Reg. in fine vbi dicit David. Ad ornandum. Necq; fiet ut uis. Sed emam pretio a te aream tuam.

Septimum ⁊ in Iosue. vbi dicit. dnus. Venit n. princeps militie domini. ⁊ iuuenem non habet quicq;. vbi dicit glo. Soluit hic q; petit. venit pauper. ut nichil inueniret dyabolus. q; auferret.

Octauum ⁊ ii. ad Cor. Fratres euangelizauit cum eis aperuit nos. ⁊ egem nulli honerosus fui. nulli rem intulimus. sicut ipsi scitis. quoniam ad ea que opus erant mihi. ⁊ hiis qui mecum erant. ministrauerunt manus mee. Video oportet meminiisse vbi dnm ihm. qui dixit. Beatius est dare q; accipere.

Aliud exemplum q; ds. ponit de quodam philosopho. qui proficiens ad philosophandum. magnum pondus auri secum detulit. in via autem secum deliberans. ⁊ considerans se non posse simul uirtutes. ⁊ diuitias possidere. precat a se auro mergens. O diuitie. abite. sitis peccatoribus.

Aliud exemplum ⁊. Beatus Thome cantuariensis. qui instituens cancellariam iuramento. alterum rit eum. necq; in administratione cancellarie morietur.

De hiis q; pertinet ad detestationem usurarum.

Dicto de hiis que pertinent ad detestationem usurarum in communi. dicendum ⁊ de speciebus eius. in quibus

Primo dicendum de usura secundum ordinem. Primo dicendum ea que faciunt ad detestationem huius peccati. Secundo de speciebus eius. Tertio tangemus aliqua de restitutione usurarum. Ad detestationem huius peccati. faciunt testimonia scripturarum. Quorum primum est xxii. Exo. vbi sic legitur. Si pecuniam mutuo dederis populo meo qui tecum ⁊ non urgebis eum qui exactor. nec usuris opprimes. Secundum ⁊ xxv. Leuit. Pecuniam tuam non dabis fratri tuo ad usuram. ⁊ mutuum frugum non exiges.

Tertium ⁊ xxiii. Deut. vbi sic legitur. Fratri tuo absque usura id q; indiget. commodabis. ut benedicat tibi dnus in opere tuo in terra in qua ingredieris possidendam. vbi insinuatur quanta sit utilitas mutuantibus fratribus suis.

Quartum ⁊ Ezechiel. vi. vbi sic legitur usuras abstulerit. vt ne ergatis. Aliud testimonium ⁊ in ps. vbi quidam ps. Adno. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. ⁊